# INCIPIT PASSIO SCI CYRICI MAR· QUOD EST ·XV· KL· IUN·

IN DIEBUS ALEXANDRI PRAE
sidis · motus magnus factus est in ecclesia xpi · unde
& Iulitta mulier quaedam dm timens ab adulescentia
sua audiens timorem praesidis · fugiens tharsociliciae
uenit · Alexander autem urbem ingressus · coepit
quaerere xpianos · Ministri autem comprehendentes
Iulittam duxerunt ad praesidem · Haec est inquiunt
malefica quae homines circumuenit ne diis sacrificent ·
& deos nostros insanabiles dicit & nihil esse · Praeses
dixit · Dic mihi de qua prouincia es aut quod est nomen
tuum · Iulitta dixit · Ego sum de radice isaurorum
nata primae ciuitatis iconensis · & te fugiens · tuum
quid manus tuas incurri · Praeses dixit · Si ergo nosti
quia in manibus meis uenisti · Audi patienter & dic
nomen tuum & sacrifica diis · Iulitta respondit ·
Ego inmundis daemonibus numquam sacrificabo ·
Praeses dixit · Dic nomen tuum ne male moriaris ·
Iulitta dixit · Dixi tibi quia xpiana sum · Sed si scire
uolueris corruptibile nomen · Iulitta dicor · Praefectus
dixit · Cede mihi & sacrifica diis · Iulitta dixit · Si uis
ut sacrificem · mitte in ciuitatem quaerens puerum
trienem · & ueniens quem dixerit · ipsi seruiamus ·
Nam scito quia ego praesens seruio soli dno ihu xpo ·
Tunc praeses mittens in ciuitatem coepit quaerere pue
rum · & ministri non eum inuenerunt · Omnes enim
qui habebant infantes · ob timorem praesidis absconde
bant eos · Exeuntes autem de ciuitate inuenerunt
puerum · & adstantibus dixerunt · Quot annorum
est hic puer · Qui dixerunt · Duorum & mensium
nouem · Hic est filius mulieris xpianae quae de iconio
fugiens uenit in locum hunc · Comprehendentes au
tem ministri puerum · & perduxerunt ad praesidem ·
& puer praesidi ait · Ego sum de radice xpianorum ·
Uidens uero praeses puerum miratus est & salutauit
dicens · Cere puerule · Puer dixit · mihi dicis cere ·
Honorem enim dicit ds peccatoribus ut gaudeant · Praeses
dixit · Non de hac re interrogo te · Puer dixit · Quae
cumque interrogaueris respondebo tibi · Praeses dixit ·
Quod est nomen tuum · Puer dixit · quia xpianus sum ·
Si autem scire uis · mater mea & sacerdos qui me baptiza
uit cyricum nominauit · Praeses dixit · Sacrifica
diis & honorem magnum accipies a principibus · &
diuitias multas inter electos imperatoris · Puer dixit
Argentum tuum tecum sit & aurum in perditione ·
Praeses dixit · A matre tua hoc an a patre tuo · an ab aliquo
uicino didicisti · Puer dixit · Spuma sine ratione ·
puerum duorum annorum & mensium nouem in
terrogas & dicis quod a patre aut matre hoc didicerim
uel uicino quod locutus sum ipsis · Nam non eras
dignus audire uocem meam · sed audies ob circumstantes ·
Praeses dixit · Leuate puerum & constringite eum ·
Intendens autem puer oculis in caelum dixit · Dne
tibi gratias ago in anima mea · & orationem fundo
in gaudio gloriae tuae · & exaltabo te uolens in saeculo
suscipere passionem · Deo dne ad te confugi · & tuam
uirtutem rex inmortalis · Haec eo orante · cedentes
eum defecerunt · & cum illum deponerent · erat sa
nus sicut & prius ac si numquam maculam accepisset ·
Miratus autem praeses · iussit matrem eius adduci · &
ait ei · Iulitta · puer confessus est deos esse · Illa uero
dicit · Uolo audire uocem filii mei · & uidit eum
stantem conlaudantem dnm · & tendens manus ad
dnm dicebat · Gratias tibi ago dne ds omnipotens ·
quia dignatus es ut uiderem filium meum ante
tribunal alexandri · Te confiteor dne ihu xpe · qui
caelum palmo mensurasti · mare limite signasti ·
& magnum ordinem stellis caelum ornasti · & terram
magnitudinum flore decorasti · Da dne filio meo
coronam inmarcescibilem · ut induens cognoscat
nomen tuum · Et uox de caelo dicens · Audi filia · hic
filius tuus quem uides · magnus inuentus est in glo
ria aeterna · Sed & poenas quas habent uobis inponi ·
habetis sufferre · & hic filius tuus in opere coepto ·
Orante autem ea · dixit puer · Mater · sublatum est a te
obprobrium tuum · Sca Iulitta dixit ad filium ·
Quem dnm esse confiteris · puer dixit · Maxime as mater

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_846/0025